

Richard de Wellyngtone, R.—Dispensation: till Michaelmas, 1309, to study, etc. (17 Sept., 1308); 35<sup>b</sup>: again (20 Sept., 1309); 44: again (13 Sept., 1310); 56.—Master Hugh de Camera, subdeacon, R.—Licence of non-residence for three years, to study in Foreign Parts or wherever he might prefer: he was to take deacon's and priest's Orders within a year (14 June, 1317); 120: [Hugh de la Chambre, M.S.], Licence to put his Benefice out to farm, for three years, from 14 June last past (8 Oct., 1317).—"et dabit, singulis annis, j marcam, pro qua respondere tenetur Magister Johannes de Miltone, Officialis Archidiaconi Barum"; 122<sup>b</sup>: again (priest), non-residence for a year, to study, etc., and to put out his Benefice to farm (20 July, 1320); 150: again (28 Aug., 1321) "Licencia insistendi a dicto die, per quinquennium, obsequiis Venerabilis Patris, Domini Henrici [Burwash], Lincolnensis Episcopi." Also, to put his Benefice out to farm for three years; 159<sup>b</sup>.

Nortone, John de, see Bosham; 14<sup>b</sup>, etc.

[Norton, in Newton-St. Cyres,—

I.—*Visitation of this Manor by Masters Robert de Terra Veteri and John de Uphavene, Stewards of the Dean and Chapter*, 26 June, 1301 (see p. 107, note <sup>2</sup>),—

Henricus de Bidewille, Deodatus de Winscote, Walterus Norisee, Henricus de Nortone, Henricus de Brounscumbe, et alii, jurati, dicunt per sacramentum suum, quod Magister Johannes, Dominus ipsorum, et ballivi sui, ipsos bene mantinent et defendunt versus quoscunque; nec esse eis injuriosos in aliquo. Dicunt, tamen, se gravatos per hoc, quod ballivi quondam Magistri Johannis Nobilis, Firmarii istius Manerii, in penultimo anno vite sue detinuerunt decennario xij<sup>d</sup>., quos annuatim habere consuevit pro servicio suo. Et Magister J., nunc Firmarius, inveniens ipsos esse subtractos, non vult eos solvere; super quo petunt remedium. Item, dicunt quod Firmarius cepit in manus suas unam acram prati unde consueverunt reddi per annum vjs., et sic decrevit unam redditus. Item, levavit quandam domum, in quadam pecia terre, pro qua redduntur ijs. per annum et alia servicia, ubi prius non habuit nisi iij<sup>d</sup>.. Item, redditus diminuitur de xij<sup>d</sup>. de aera et dimidia terre quam tenuit Ricardus Spiarke; et nunc est in manu Firmarii. Item, Firmarius amovit unum nativum defamatum de latrocinio per considerationem Hundredi, et tradidit terram suam alii. Item, dicunt quod presens Firmarius melioravit firmam istam in domibus tam de novo constructis quam reparatis, columbariis, vivariis, gardinis, molendinis, et aliis pertinentiis, in tanto quod nullum defectum penitus invenire sciunt nec estimare, preterquam in Grangia Boriali, cujus reparacionem ponunt de auxilio assiso xjs. Dominicum, cum gardino et prato nullo modo sciunt estimare: set constat eis, ut asserunt, quod, nisi Firmarius tantam diligentiam circa agriculturam apponeret, et nisi gardinum aliquando responderet, nichil de firma sua lucraretur. Item, predicti jurati dicunt quod, tempore Magistri Willelmi de Staneweye, quondam Firmarii istius loci, consuevit Rector Ecclesie de Nivetone invenire Capellanum, qui singulis diebus Dominicis solebat Parochianis Capelle de Nortone legere Evangelium, Aquam Benedictam spargere, et Panem Benedictum distribuere, Missam singulis quarta et sexta Feria in ebdomoda celebrare, et in Festis Natalis et Pasce plenum Servicium eis facere, et Confessiones in Quadragesima audire, et pueros similiter baptizare; set in ultimis diebus dicti Willelmi omnia supradicta fuerant subtracta, usque ad tempus istius Firmarii, qui omnia revocavit; hoc excepto, quod non legitur eis Evangelium, nec habent Panem Benedictum vel Aquam, ut olim consueverunt. Super quo petunt sibi subveniri. Et memorandum quod tempore presentis Visitacionis fuerunt in Capella predicta duo paria Vestimentorum, Missale sine nota, Calix interius deauratus, Manuale, Portiphorium non notatum, Spalterium (sic), iij tuelle, Superaltare bonum, due fiole, due campane ad mortuos, pelvis ad Aquam Benedictam, asser. ad Pacem [a Pax-board], que singula sufficere debent ad talem Capellam. Preterea Capella est satis luminosa et decenter depicta.—*Archives of the Dean and Chapter*, No. 3673, page 19.

II.—Another *Visitation* was held, by the same Deputies, "die Veneris proxima post Festum Sancti Barnabe, Apostoli" (15 June), 1302,—Henricus de Bedewille, Johannes ate Mersse, Johannes ate Heghen, Ricardus

Norice, et ceteri omnes de Hundredo, jurati, dicunt quod Dominus et ballivus se habent ut in priori Visitacione. Dicunt, eciam, quod credunt, xij vel xiiij annis elapsis, Magister Johannes, dictus Nobilis, Firmarius, etc., in fata decessit, et remansit Manerium in manu Decani et Capituli, sub custodia Jordani, clerici, ballivi corunden, usque ad Festum Epiphanie proximo sequens; circa quod Festum venerunt Ricardus Munceyn et Willelmus Dyrewyne, ex parte Magistri Johannis nunc Firmarii, et ceperunt seysinam Manerii et sacramentum fidelitatis ab hominibus, nomine predicti Magistri Johannis. Et eo tempore fuerunt agri yemales culti per predictum defunctum; quorum agrorum fructus nunc Firmarius emit ab Executoribus dicti Johannis Nobilis. Fructus defuncti in grangia existentes, cum feno, emit Jordanus ab Executoribus, et de eis pro voluntate sua disposuit, ita quod nichil remansit predicto Magistro Johanni de ibidem inventis nisi redditus assisus Terminis Natalis, quem tunc primo recepit, et terram incultam extunc colendam, cum omnibus aliis ad predictum Manerium spectantibus, solvendo firmam, ut moris est, pre manibus; *ibid.*, page 40.

III.—A third *Visitation* was held by the same persons (here called "Senescalli Scaccarii Ecclesie Beati Petri Exoniensis"), "die Lune in crastino Sancte Trinitatis (3 June), 1303,—

Per Henricum de Bydewille, Johannem ate Merhs, Johannem ate Heghen, Adam de Langeford, Walterum Alisaudre, Alanum de Langeford, Henricum Dolyn, Ricardum Gosce, Ricardum de Bydewille, Ricardum dictum Noriz, Thomam de Wynescote, Deudeney de Wynescote, Walterum de eadem, Philippum Bonde de eadem, Walterum Carpentare, Walterum le Wyse, Walterum Norice, Stephanum Uppehille, Thomam de Northone, Henricum de eadem: et ceteri de Manerio, dicunt, per sacramentum suum, quod eadem sunt Ornamenta in Capella jurati, dicunt, per sacramentum suum, quod eadem sunt Ornamenta in Capella que fuerunt tempore Magistri Johannis. Et Capella multo meliorata est in tecto et parietibus, et est Capella satis sufficiens ad Manerium. Dicunt, eciam, quod in Aula, alta camera, celario, coquina, et dayria, nulli sunt defectus. Item, estimant ad xij<sup>d</sup>. defectum in pariete nigre camere; et in eadem camera fuit latrina que diruta est tempore Magistri Johannis, cujus reparationem estimant ad ijs., cum meremio de Dominico. Item, dicunt quod in grangia siliginis est defectus in tecto, quem defectum estimant ad x<sup>d</sup>., de proprio meremio. Verumptamen est eadem grangia in adeo bono statu sicut Magister Johannes eam recepit, excepto illo defectu. Item, dicunt quod grangia avene est in meliori statu quam fuit tempore quo idem Magister eam suscepit; tamen defectiva est; cujus reparationem estimant ad vj<sup>d</sup>.. Item, dicunt quod parvum stabulum est in meliori statu quam ipsum recepit; est, tamen, defectivum in tecto, cujus reparationem estimant ad ijs. Dicunt, eciam, quod sepes circum- quaque curiam et gardinum defectivi (sic) sunt; qui defectus contigerunt tempore Magistri Willelmi: tamen, in meliori statu sunt quam ea (sic) suscepit; et adeo emendavit gardinum quod valere debet per annum ad x dolea cicere<sup>1</sup> plus quam prius, gardinis bene fructificantibus. Item, dicunt quod bercaria<sup>2</sup> extra portam curis ruinosa est totaliter; et tempore Magistri Johannis corruit quedam pars muri, qui potuit reparari per vij<sup>d</sup>.. Et residuum aliorum defectuum accidit tempore Magistri Willelmi, nunc Firmarii. Item, dicunt quod duo columbaria suscepit Magister Johannes, quorum unum corruit tempore ipsius; qui aliud novum et bonum construxit, in alio loco, equivalens vel melius. Item, dicunt quod fuit molendinum alibi situm in bosco, ad quod aliquando, tempore yemali, nullus potuit commode accedere cum equo; set portabant bladum in humeris: quo Magister Johannes fecit amoveri, et alibi illud construxit, ubi nunc situatur. Et dampnificatur per illam ammocionem Mauorium in multura, adaquacione pasture, prati, et terre arabilis, in xx. per annum. Dicunt, eciam, quod ad molendinum nunc existens non potest aqua habere bonum accessum nec recessum, et quod molendinum labitur in abissum. Dicunt, eciam, quod predictus Magister Johannes melioravit Manerium, tempore suo, in domibus, clausuris circa prata et terras, in expendio de x libris. Petunt, insuper, xij<sup>d</sup>., quos Firmarius consuevit solvere annuatim decennario ipsius; qui sibi subtra- hantur, prout facta est mencio in priori Visitacione; *ibid.*, page 42].

Notyngham, Rob. de, "Clericus Brevium de Scaccario"; L 210<sup>b</sup>.

<sup>1</sup> ten tuns of cider.

<sup>2</sup> An enclosure, near the Court-yard, in

which sheep were fattened,—it was something more than *ovile*.